HUGO RIPELIN DE ARGENTINA
Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh.
Seite 132v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Prudentia secundum quod est virtus politica, est ut ait macrobius ad virtus normam que cogitat quem ait unusquisque dirigere ac nichil posse recte velle facere. ¶ Prudentia autem secundum quod est virtus purgatoria est ut ait idem. mundum et omnia que in mundo sunt diuinorum contemplacionem respicere. ¶ Omnem animi cognicionem in sola diuina erigere. ¶ Prudentia autem put est virtus purgati animi est sola diuina noscere et ea tanquam nichil sit aliud intuiri. ¶ Prudentia sane exemplaris est ipsa mens diuina cui omnia nuda sunt et aperta. ¶ Partes prudentie secundum tullium sunt. Intelligentia. prudentia. memoria. ¶ Intelligentia autem est per quam animus perspicit ea que sunt. ¶ Prouidentia autem est virtus ut idem tullius ait. per quam videre aliquid futurum antequam fiat. ¶ Memoria est secundum eundem per quam repetit quis ea que fuerunt. ¶ Iota quod duplex est iuditium rationis. s. discretiuum et diffinitiuum. ¶ Iuditium discretiuum est quo ratio iudicat aliquid esse faciendum vel non faciendum circa tale iuditium est scientia et non virtus. ¶ Iuditium autem diffinitiuum est quo ratio imperat aliquid fieri vel non fieri et circa istud est virtus. vnde in primo iuditio sepe habet scia adoptaciones bonas ut consiliarius. In secundo autem iuditio sepe est virtus ut imperatrix.

¶ Prudentia habet regere certas virtutes in maccobius lius. secundum omnes partes phie mor. vlis que sunt ethica siue monastica. et yconomica et politica vrbes et regna regit. ¶ Triplex est prudentia. ¶ Prima est cordis et habet indisposicione presentium et intercogitacione preteritorum et pulsionis futurorum. ¶ Deuet. Vtinam sapient. s. presentia. et intelligent. s. preterita. ac nouissima prouiderent. s. futura. ¶ Secunda est oris et habet modum sermonum. pri. Qui modat labia sua prudentissimus est. pes. Pone domine custodiam ori meo re.

¶ Tertia est operis. et hic consistit ut ait tullius in fu

Virtuum ethica mores quod ad se pertinet. Sed yconomica familia disponit. Ita politica vrbes et reg.